

A lien, renes duo. Et septē alia cum uenis & meatibus quæ adiacēt singulis ad cibum & spīn accipiendum reddendumq; sunt deputata: guttur, stomachus, alius, uesica, & intestina principalia tria: quorū unum dissipū uocat, qđ uētrem & cætera intestina secernit. Alterū medium, qđ Græci ~~περιτέρων~~ dicunt. Tertium qđ ueteres hiran uocauerunt, habeturq; præcipuum intestinorū omnīū, & cibi retrimenta deducit. De spiritu aut & cibo, quibus accipiendis, ut relatum est, atq; reddendis mēbra quæ diximus cum meatibus sibi adjacentibus obsequuntur, hoc obseruatū est, qđ sine haustu spiritus ultra horas septē, sine cibo ultra totidē dies uita nō durat. Septem quoq; sunt gradus in corpore, qđ dimensionē altitudinis ab imo in superficiem compleat, medulla, os, neruus, uena, arteria, caro, cutis: Hæc de interioribus. In apto quoq; septē sunt corporis partes, caput, pectus, manus, pedesq; & pudendū. Itē qđ diuiduntur, non nisi septē compartmentibus iuncta sunt, ut in manibus est humerus, brachium, cubitus, uola, & digitorū terni nodi. In pedibus vero femur, genu, tibia, pes ipse, sub qđ uola est, & digitorū nodi terni similit. Et qđ sensus, eorumq; ministeria, natura in capite uelut in arce constituit, septē foraminibus sensuū celebrat officia, id est, oris, ac deinde oculorū, nariū & aurium, binis. Vnde nō immerito hic numerus totius *Decima.* fabricæ dispensator & dñs, ægris quoq; corporibus periculū sanitatem ue de- nuntiat. Imò ideo & septē motibus omne corpus agitat: aut em accessio ē, aut re *Vndecima.* cessio, aut in leuā dextram' ue deflexio, aut sursum qđ seu deorsum mouet, aut in orbē rotat. Tot uirtutibus insignitus septenarius, quas uel de partibus suis mutuat, uel totus exercet, iure plenus & habet & dicitur. Et absoluta(ut arbitrione) iam constituit, cur diuersis ex causis, octo & septem pleni uocētur. Sensus aut hic est, cum ætas tua quinquagesimum & sextū annum cōpleuerit, qđ summa tibi fatalis erit, spes qđem salutis publicæ te uidebit, & p remedij cōis bonorū om̄i status uirtutibus tuis dictatura debebitur, sed si euaseris insidias propinquorū. Nam p septenos octies solis anfractus redditusq;, quinquaginta et sex significat annos, anfractū solis & redditū annū uocans: anfractū, propter zodiaci ambitum: redditum, qđ eadem signa p annos singulos certa lege metitur.

*Obscura inuolutaq; semper esse signa ac somnia de aduersis. Et tamen semper subesse aliquid, quo pos- sit quoquo modo deprehendi ueritas, modo diligens assit scrutator.*

*Caput VII.*

D **H**ic quidam mirantur, qđ sibi uelit ista dubitatio, si effugeris, quasi potuerit diuina anima, & olim cœlo redditum, atq; hic maximè scientiā futuri professa, nescire, possit ne nepos suus, an nō possit euadere. Sed non aduertunt hāc habere legē om̄ia uel signa uel somnia, ut de aduersis oblique aut denuntiant, aut minentur, aut moneat. Et ideo quædā cauendo transimus, alia exorādo & litando uitātur, sunt alia ineluctabilia, quæ nulla arte, nullo auertūtur ingenio. Nā ubi admonitio est, uigilātia cautionis euaditur. Quod appor- tant minæ, litatio propitiacionis auertit. Nunq; denuntiata uanescunt. Hic sub- iūcies: Vnde igitur ista discernimus, ut possit, cauendum' ne, an exorandum, an uero patiendum sit, deprehendis. Sed præsentis operis fuerit insinuare, qualis soleat in diuinationibus esse affectata confusio, ut desinas uelut de incerta dubitati- one mirari. Cæterū in suo quoq; opere artificis erit, signa querere quibus ista discernat, nisi hoc uis diuina impedit. Nā illud: prohibent nam cætera Parcae

b iiij Sci-

*intestinorū  
genus ē quo  
lactes in uol-  
nitur.*